

Dñica octaua p^r trinita.

tatem ipsius et non fm naturam propriam ignis. Ad tertium dicendum de lumine et igne q^d locus ille sic erit dispositus q^d conuenit maxime miserie damnatorum unde erit ibi lumen aliquod scilicet umbratum ut illa videantur que afflictionem augere possunt et tamen lumen illud non delectat. Sed quereretur aliquis ubi est ignis ille qui affligit animas? Respondet sanctus Thomas q^d ex quo infernus est infra terram ita et ignis infernalis. Sed contra si ignis est sub terra hoc est per violentiam. Sed nullum violentum est terrenum. primo de celo. Respondetur q^d licet nullum violentum sit vel possit esse eternum ex ordine nature. potest tamen ex ordine diuine iusticie. Et diceretur q^d an ignis purgatorij sit idem cum igne infernali? Respondet sanctus Thomas. q^d ignis purgatorij idem est et inferni.

*De eadem dominica.
Sermo quartus.*

Atendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos. *Matt^h. vij. c. Isidor^o li. xij.* dicit q^d vulpes est animal insidijs decipiens et dolosum. Nam cum non habuerit escam mortuum se fingit. Sicq^{ue} aues descendentes tanq^{uam} ad cadauer rapit et transglutit. In hoc etiam apparet eius dolositas q^d taxum expellit de antro suo non violentia sed fetore. Nam ut dicit *Plinius*. q^d quando exit taxus domunculam suam intrat vulpes et immundiciam vrine ibi spargit cuius fetorem abhorrens taxus inde exit et latibulum derelinquit. Moraliter per vulpium fraudulentiam intellige quemlibet hominem dolosum et principaliter tamen hereticum. Quia dicit *Bernardus super Cantica. c. ij.* Ubi exponit. capite vobis vulpeculas que demoliuntur vineas. per vulpeculas intelliguntur heretici qui demoliuntur. id est. destruunt vineam sancte ecclesie. Nam eorum pestifera natura est q^d esuriunt non corporaliter. Sed spiritualiter cum animas simplicium hominum nituntur decipere et sue secte perfide incorporare et ab hoc simulant se mortuos seculo cum tamen sint in medio eius desiderio. et cum ceperint tales mortificant eos in anima et tandem in corpore occiduntur si in perfidia sua et periticia moriuntur et permanserint et ad fidem

orthodoxam non reuertendo. Et ideo dicit *Gregorius* decimo moralium. capitulo secundo. Heretici vulgus pauperum spoliunt. quia dum doctos non preualent. indoctos quosq^{ue} a velamine fidei pestifera predicatione denudant. hec ille. Quia aquam fetidam. id est. pestiferam doctrinam habent et venenosam mediante qua expellunt humiles de habitaculis suis ad se se quendam. Sicut factum fuit nuper in bohemia ubi multi homines ab hereticis venenosa doctrina decepti domos dimiserunt et hereticos fuerunt secuti ad mala plurima facienda. Ideo hortatur nos dominus in verbis preallegatis ut diligenter tales deceptores fugiamus cum dicit. Attendite a falsis prophetis. In quibus verbis specialiter duo ponit. primo falsorum deceptionem ibi. Attendite a falsis prophetis secundo ipsorum cognitionem ibi. A fructibus eorum. Ubi notandum q^d falsarii sunt triplices. Primi sunt falsarii monetarum. et sunt omnes hypocrite qui falsificant monetam summi regis. et hec moneta summi regis et eterni sunt bona opera. ut ieiunia. orationes. elemosyne. et oblationes. pro quibus regnum celorum emitur. Sed hec opera hypocrite falsificant. quia in his honorem dei non querunt. sed laudem humanam. fauorem. mendacium et temporale lucrum. Sicut testatur *Gregorius octauo moralium*. Quid inquit in cunctis operibus suis hypocrita sperat nisi reuerentiam honoris et gloriam laudis a melioribus reuereri ab hominibus sanctus vocari. Ideo signatur quilibet hypocrita *Deuterono. xliij.* Per auem que est alba minor miluo. et est de generibus vulturis. et pascitur cadaueribus mortuorum. Quia hypocrita propter laudem humanam pretendit exterius albedinem sanctitatis. et interius pascitur cadaueribus iniquitatis. Ideo dixit dominus de ipsis. *Matt^h. xliij.* De vobis scribe et pharisei et hypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis. Sed intus pleni ossibus mortuorum. *Ubi dicit Arysostomus.* Hypocrita quid a deo recipies q^d nihil deo dedisti. Nam quod propter deum fit deo datur. Quod autem propter homines fit in ventum spargitur et a nullo speratur. Quid enim laus hominum nisi sonus verborum transcuntium? cessent homines laudare et hypocrita perdet fructum suum. Et diceretur. unde hypocrite cognoscuntur? Respondetur q^d cognoscuntur in quinq^{ue}. Primo in bonorum oppressione. Nam hypocrite opprimunt bonos in eo q^d detrahunt eis. Quia ipsi sunt detractores bonorum et adulescentes malorum a qui-

bus possunt habere lucrum. Interpretantur enim bona facta bonorum in peius. Et mala facta diuitum excusant et in bonum interpretantur propter fauorem atque lucrum. Ideo loquitur de hypocritis Bernardus dicens. quod super alios adulantes detrahentes mendaces et canes. dolosi ut vulpes. superbi ut leones intrinsecus sunt lupi rapaces. Et ideo ubicumque cernis aliquem in habitu spirituali qui detrahit proximis et libenter noua mala narrat de alijs. hunc perpende esse hypocritam. Secundo cognoscuntur in aliorum reprehensione. omnia enim facta hominum nituntur reprehendere et peccata eorum aggrauare. et hoc ideo faciunt ut videantur animas eorum zelare aut amare. Sed peccata sua dicunt esse minima. Contra quos dominus dicit **Luce. vi.** Quid vides festucam in oculo fratris tui. trabem autem in oculo tuo non vides. hypocrite eijce primo trabem de oculo tuo etc. Ideo dicit Bernardus. Hypocrite volunt esse sine auctoritate iudices. sine iussu testes. postremo falsi accusatores. et omni virtute carentes. Tercio cognoscuntur hypocrite ex contumeliarum illatione. quia in aduersis sunt impatientes. super omnes enim mouentur et offendentur ad contumelias sibi illatas. imo vnum verbum ipsius contrarium eos conturbat. Ideo dixit dominus ad **Ezechielem. viij.** Fili hominis fode parietem. et dum fodisset aperuit vnum hostium. et dixit. ingredi ad me et vide abominationes pessimas. et ingressus vidi et ecce omnis similitudo omnium reptilium et animalium abominatio et vniuersa idola depicta erant in pariete et in circuitu intus per totum. et septuaginta viri domus israel. Moraliter per parietem occultantem que intus sunt significatur hypocrita abscondens prauam intentionem in corde suo malicioso ille paries foditur. tunc quando hypocrite iniuria aut contumelia infertur. et tunc apparet hostium oris quod cum aperitur per conuiuium illatum statim videntur abominationes pessime. Nam nequitie et malignitates que latebant in corde statim per iram et impatientiam panduntur ore et ibi videntur occulta pandere vel patefieri. Tunc videtur similitudo reptilium et serpentum. per que intelligitur superbia. inuidia. et brutorum animalium abominatio. per quam intelligitur libidinem et crapulam. videbuntur etiam vniuersa idola israel. per que intelligitur cupiditas et auaricia que sunt seruitus idolorum. Et inter ista apparent septuaginta viri israel.

Quia decem precepta et sex opera misericordie solum ibi depicta sunt secundum quandam similitudinem et hypocrisim. Sed vere non existunt. Sicut patet in hac figura. Quomodo hypocrisis abscondit multa mala que contumeliarum illatio manifestat. Ideo dicit **Gregorius in moralibus.** Hypocrisis est virtutum simulatio clausum vitium abscondere et arte palliare. Non ergo potest cognosci qualis interiorius lateat quod homo solum videt que apparent. deus autem intuetur cor. Sed si mactella alicuius contumelie feriat statim apparebit quid intus lateat. Idem dicit. Qualis vnusquisque in se lateat illata contumelia probat. Quarto cognoscuntur in dei desertione. quia deus permittit tales quandoque cadere in manifesta peccata ut sic coram hominibus confundantur. Ideo dicit **Isidorus de summo bono. libro tertio.** Plerumque utile est arrogantibus deferri a deo quatenus sue infirmitatis conscii ad humilitatem redeant ut humiles post casum existant. Quinto cognoscuntur in humilium de se locutione. Nam humilia de se dicunt. Sed ab alijs eadem de se dici nolunt. sicut dicunt aliqui. Ego sum malus imo pessimus. Si autem hoc idem alius de seipsis diceret omnino non sustinerent. Sed verbis peruersis contradicerent. Ideo legitur de quadam inclusa que apparebat valde deuota et consuevit frequenter dicere ad confessorum suum. Orate pro me domine. quia ego sum adeo mala et pessima et timeo ne deus puniat alios homines propter delicta mea. Tunc sacerdos sicut vir discretus voluit experiri an ibi fundamentum vere humilitatis esset. alia vice quando iterum illa verba replicauit. ait. Hoc ego sepius antea a te audiui dicere. Tunc illa illico commota dixit. vos mentimini in collum vestrum. et quicumque vobis dixit de me talia similiter mentitur. quia nunquam fui sicut me asseritis. Tunc sacerdos humiliter respondit. Modo ego intelligo tuam hypocrisim. quia tu loqueris hoc de teipso quod de alijs dedignaris audire. Quia dicit **Gregorius in moralibus.** Superbi vitium est ut quicquid de se fateri quisque quasi sponte dignatur hoc sibi dici ab alijs dedignatur. Alterius est notandum quod hoc vitium hypocrisis est fugiendum. quia omnis hypocrita caret vita gratie. est enim similis idolo. ut dicit **Polkot super libro Sapientie. clxij.** Sicut enim idolum exterius habet effigiem hominis viuētis. Sed caret corde intrinsecus et omnibus partibus spiritualibus. Ita hypocrite

Dñica octaua post trinita.

videntur viuere vita gratie et tamen interius mortui sunt per peccatum in corde. de tali dicit Hieronymus in epistola. Intus vō et foris totus ambiguus monstrum velut quedam bestia cōpacta que chymera vocatur. Et quia tales inueniuntur nonnunq̃ in statibus et dignitatibus ecclesiasticis. ideo merito conqueritur dominus per prophetam **Diere. xxxj.** Posuerūt idola in domo in q̃ inuocatū est nomē meū vt polluerent eam. Ideo dicit **Chrysostom⁹** sup **Matth. omel. j.** Tolle hoc malū scilicet hypocrisis a clero vt non velit hominibus apparere et sine labore omnia vitia refecantur. Et p̃ncipaliter propter penam hoc vitium est dimittendum. quia dicit **Amandus** in **horal. sapiē. li. j. ca. x.** q̃ ipse vidit in spiritu q̃ nonnulli qui sub habitu agnino mentem occultauerūt leoninam qui velut canes rabidi seruos dei p̃ maledicta et opprobria aut per verba turbatiua molestantur. et confratres iniqua molestatione leserant. ibidem a canibus infernalib⁹ in p̃ssimis morsibus corrodēbātur. Ideo dixit **Job. xxiij.** Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Secundi sunt falsarii litterarū et hi sunt heretici qui falsificant litteras summi regis. scilicet sacram scripturam quā male exponunt. Quia dicit. **xxiiij. q. iij. c.** Heresis. Hereticus est quicunq̃ aliter scripturam intelligit q̃ spiritus sancti sensus flagitat a quo scripta est. licet ab ecclesia non recesserit. et de istis predixit **Diere. xiiij.** Visionem mendacem et fraudulentam et seductionem cordis sui p̃phetizāt vobis. Sed nota q̃ isti falsarii cognoscuntur ex quinq̃. Primo ex angulorum inquisitione. Nam cum predicare volunt angulos occultos querunt. quia sciunt q̃ si publice errorem zizanie seminant. doctores catholici eis repugnant. quare. quia q̃ male agit odit lucem vt non manifestentur opera eius. **Ioh. iij.** Sed hoc non fecit christus qui dicit **Ioh. xvij.** Ego palat locutus sum mundo. ego semper docui in sinagoga et in templo vbi omnes conuenerunt. et in occulto locutus sum nihil. Et sicut ille publice predicauit et discipulos ad publice predicandum informauit cū dixit **Matth. x.** Quod in aure audistis predicate super tecta. Secundo cognoscuntur in dominorum adhesionem. propter enim resistantiam catholicorum dominorum querunt adherentiam dominorum quibus predicant placita contra ecclesias et ecclesiasticas personas dicentes q̃ non licet eis habere bona temporalia et possessiones. Sed ipsi domini terrestres talia debēt possidere vel habere vt licite possint ab

eis per violentiam auferre mentientes. Nam si persone ecclesiastice possint licite temporalia possidere s̃m **Raymundum** et alios doctores ad vsum sumuntur. **xij. q. j. c.** Duo. Ibi dicitur in glo. q̃ capilli qui remanent post capitis rationem designant q̃ aliqua retinere debemus ad sustentationem. Et dicit sanctus **Thomas** q̃ temporalia habere possint non quidem p̃ncipaliter vt ex eis sinez constituent. sed vt quedam āminicula quibus adiuvamur ad tendendum ad beatitudinem inquātum per ea sustentatur vita temporalis. et inquātū nobis instrumentaliter deseruiunt ad actus virtutum. Et **xij. q. j. c.** habebat. dicitur de christo habebat dominus loculos a fidelibus oblata referuās et necessitatib⁹ eorum fidelium et suorum alij q̃ indigentibus tribuebat. vt dicit **Augustin⁹** et beatus **Ambrosius. li. ij. de offi. et allegatur a Gratiano in decreto. Qui sine auro. xij. q. ij.** Aurum habet ecclesia non vt seruet. s̃ vt erogat et subueniat in necessitatibus. Ideo mentiuntur heretici dicentes q̃ persone ecclesiastice non debeant possessiones habere. Similiter in hoc mentiuntur cum dicunt. domini temporales possint per violentiam ab eis tales possessiones auferre. quia domini seculares scōz canonicas sanctiones et imperiales institutiones tenentur defendere ecclesias et ecclesiasticas personas tam in rebus q̃ in corporibus. vt probatur. **xj. q. j. xpianus. At. xxiij. q. j. ca.** Principes seculi deo se debere reddituros rationem propter ecclesiam quā a christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles p̃ncipes siue soluiatur. ille rationem ab eis exigit qui eorū potestati suam tradidit ecclesiam tuendam. hec ille. Sed quia domini seculares inter cetera vitia sunt auari. diligunt enim munera et sequuntur retributiones. **Esa. j.** Ideo propter hereticorum predicationem spoliant ecclesias et ecclesiasticas vilipendunt p̃sonas atq̃ veritatem predicatorum odiūt et repellunt. et suos falsos predicatorum fouent et defendunt. Tercio cognoscuntur heretici in prelatorum detractioe detrahūt enim pape. episcopis. sacerdotibus prelatis. plebanis. religiosis. et sic de alijs literatis. et hoc ideo faciunt vt laicos possint cōcitare contra clerum. et hoc faciunt patrem eorum videlicet diabolum imitando. De quo dicit **Gregorius. sexta questione prima.** Sunt plurimi. s̃. Verum. Manifestum est diabolum q̃ tanq̃ leo rugiens circūit q̃rens quē deuoret cordibus plebiū suadere vt doctozib⁹ atq̃ pastorib⁹ detractores irrogāt vt plebes lāguēscē

tes non tenentibus pastoribus frena eorum
lasciant atq; in ima ruant scilicet inferni vt
saltem sic periclitari possint. **Quarto** cogno-
scuntur in mulierum adiunctione aut associa-
tione. **Adiungunt** se namq; mulieribus simpli-
cibus cum quibus loquuntur allegantes fre-
quenter doctores sanctos. **Augustinus** videli-
cet et **Hieronymus** etc. licet etiā sint seculares
vt sic non intelligentes seducant et defraudēt.
Nam asserunt simplicem fornicationem nō eē
peccatum mortale. **Quorum** tamen dictū est
falsū eo q; talis fornicatio damnat. vt decla-
ratum est supra. sermone. xxxvj. **R. et. V. et ser-**
mone. xxxvij. C. **Quinto** cognoscuntur in ope-
rum bonorum ostensione. **Ostendunt** enim sic
faciunt libenter opera per que notentur eē san-
cti et boni et genuflectiones sedulas orationes
suas. **Quia** vnus hereticus quādoq; per tres
horas prostratus orat sed solum facit vt vide-
atur ab hominibus. **Mattij. vj. Tertij** falsarij
sunt sigillosum et sunt simoniaci qui falsificāt
sigilla ecclēsiastica spiritus sancti que sūt ecclē-
sistica sacramenta que spiritus sanctus sua gra-
tia cōfirmat. vnde **Gregorius nazanzenus. j.**
q. j. c. Qui studet. et. q. iij. Si q; obijceret. **Si-**
monia est studiosa voluntas. i. ad actum exte-
riorem progressiua emendi vel vendendi spiri-
tuale et spiritali annexū. **Et** ponitur ibi pe-
na vendentium spirituale dicens. q; talis si est
clericus nō debet in ordine remanere. **Et** fin-
glosam est a cōmunionē remouendus. **Et** dicit
notanter glo. ad actum exteriorē progressi-
ua quia sola voluntate simoniacus non est ex-
cōmunicandus. quia in voluntate non scanda-
lizatur ecclēsia. vbi voluntas non prodierit
in actū. **xxiij. q. iij. Deus** qui. **Sed** diceret q;
quid de illis qui dant sacerdotibus pro tricesi-
mo vel anniuersario vel pro celebranda missa
de spiritu sancto vel aliarū q; dat denarios cle-
ricis pro psalterijs dicendis? **Respondetur** in
omnibus talibus casibus dare vel accipere tē-
porale pro spiritali simoniacum est siue def-
pro sacramento siue pro officio siue pro labo-
re officij vel orationis fm q; hec propositio p
notat appreciationē. **Et** si notat causam moti-
uam non p̄mam vel p̄ncipalem sed remotā et
occasionalē licitū est temporale dare pro spi-
rituali. **Eodem** modo respondēdum est ad ali-
as questionēs de illis qui officiant ecclēsiās
pro denarijs vel anniuersarijs. **Sed** si pro no-
tat appreciationē vel causam p̄mam motiuam
vel finalez illicitū ē. **Si** aut causāz adminicula-
tiuam vel talia recipiāt in sumpt^o officiantium
non in p̄cium officioz licitū ē. **Et** dicit **Thul.**

Qñ p notat appreciationē non est pcedendū
q; tempale detur pro spūali. q; sacramenta de
iure vendi non p̄nt. **Qñ** aut notat causāz fina-
lem. i. vt iste det denariū p sacramēto. id ē. p-
pter venerationē sacramēti vlt notat causāz ef-
ficiētē vt pro sacramento. i. p deuotiōe quāz
habuit ad sacramētū licite p̄t fieri. **Et Raymū**
dī rubrica de simonia ponit qñq; casus in qb^o
spūale pōt dari mun^o a manu. **Prim^o** si gratia
offeratur non p spūali. **j. q. j.** **Quicunq;** inuisi-
bilis. **Secūdu** si dat p spūalibus opibus ad
que non tenet q; ex officio. **vt. xij. q. ij. Chari-**
tatē. **Tertius** est pro qbusdā spūalibus debi-
tis puta cum ep̄s consecrat ecclēsiā vel visitat
ep̄atum pōt exigere pcuratiōem moderatā.
extra de sumo. cum sit romana. **x. q. iij. Relatū**
Quart^o est p vita eterna et remissione peccato-
rum vt sunt elemosynę etc. **Dañ. iij. Peccata**
tua elemosynis redime. nec debēt inde capere
occasionē sacerdotes vt nisi pecuniā recipiāt
absolutionē sibi p̄stitētibus nō impēdant. q; il-
li q; in confessione nolunt absoluerē nisi detur
eis pecunia symoniaci existunt. **Sūt** nāq; qdā
falsarij qui dicūt p tali peccato oportet te qre
re autoritatē papalem vel ep̄alem et multa ex-
pendere in via. q; grauiter laborare. da mihi i
tantū et ego te absoluo. **Ecce** quomodo bī pef-
simi simoniaci spiritus sanctū sine quo peccatū
nō absoluit venalē exponūt. **Sed. d. q. nunqd** b
parentes qui pactum pro filijs aut filiabus vt
in ordinem recipiantur faciunt dando pecuni-
am vel etiam qui eam ex pacto recipiunt si-
moniam cōmittūt? **Responde** q; sic. quia tam-
dāns q; recipiens simoniam cōmittit. **j. q. j.**
Duos cōstituit. **Si** aliqui dicunt volumus li-
benter recipere eum. **Sed** est d consuetudine q;
si vult intrare claustrū debet dare viginti mar-
cas vel decem. **Ista** non est dicenda consuetu-
do que inducit peccatū mortale. **Sed** potius
dicenda est corruptela vel corrupta malicia p
quam palliatur simonia. **Quia** dicit **Leo papa**
j. q. j. **Gratia** si non gratis datur vel accipitur
gratia non est. **Ideo** venerabilis **Cirillus** scri-
bit in libello ad **Augustinum**. q; apud superio-
rem thebaidam monasterium dominarū erat
in quo pene ducente domine vita et honesta-
te religiose reclusione continua decorisq; mo-
ribus permanebant. **Sed** instruyente diabo-
lo in eisdem dominabus hec obseruabatur ab-
usio vt nulla in monasterium mansura intra-
re poterat nisi certe pecunie quantitas inesset
in hoc monasterio erat sanctimonialis quedā
dñā etate grādeua q; ab infantia sua ieiunijs et
orōnib^o omī terreno soluta scenodeo vixerat

Dñica nona posttrinita.

que vitium illud quā plurimum abhorrebat. **A**ui vice quadam sicut erat solita in oratione posita. gloriosus **H**ieronymus apparēs lo cum illuz immenso illustrans lumine precepit eidem vt abbatissaz ceterasq; moniales mane congregaret. nunciāns q; nisi a peccato iam inueterato manum extraherent. vltionem diuinam subito expectarent. his dictis disparuit crepusculo diei veniente omnes in capitulo propulsato tintinabulo congregauit. assurgēs in medio que viderat et audierat omnibus patefecit. fit omnibus monialibus subito irrisio illico ex hoc hanc exclamant fatuam. et penimiam ebrietate illa fortassis somniasse. **I**lla autē patientie scuto se muniens accepta contumelia gaudens redijt ad orationes supplicans ne continue quod audierat eueniret. **T**ransactis igitur diebus decem nocte media predicta moniali orationi incumbenti. gloriosus **H**ieronymus iterum apparuit. et que p̄us nunciauerat nunciāuit. ad quem. **Q**uis es domine talia mandans? **H**ieronymus inquit ille ego sum. et ab eius oculis cuanuit. **I**lla vero sciēs earum duriciā. quid ageret. quid videret nesciens. **T**andem malens a monialibus insana et ebria reputari q̄ diuinis contraire preceptis. **C**ongregatis iterum monialibus que viderat et audierat voluit intimare. **A**t vt eam assurgere pestifere conspexerunt diuini iusti iudicii sibi de proximo affuturi anteq̄ verba inciperet de capitulo cum magnis cachinnationibus exierunt. **S**ed transactis tribus diebus dormienti sanctimoniali. gloriosus **H**ieronymus in effabili quadam societate quasi fallatus angelorum. nocte apparēs media eā excitauit. eamq; iussit protin⁹ vt de illo exiret monasterio ne subito diuinam sententiam expectaret. cum illa vero multis lachrymis supplicaret ne hoc fieret. **A**it ei **H**ieronymus ad abbatissam et ceteras moniales. **P**erge omni mora postposita nunciāns eisdem q; nisi peniteant hac nocte diuinam sentiant vltionem. **S**i autem in sua permaneant malicia vel duricia statim exiens amplius in monasterio non moreris. his finitis abscessit. **D**ec ergo audiēs sanctimonialis anxiaz plena tristitijs. capitulum adiit et campanaz cepit vehementer vt ad capitulum accederent resonare. **Q**uo abbatissa a somno euigilās cognoscēsq; ab hac fore pulsata campanam iracūda ad capitulum properat. **A**t vbi illam vidit diris nimis verbis increpans nullum voluit audire verbum promittens q; nisi cessaret hec agere secum amplius in monasterio non maneret

Aui sanctimonialis. ne tardes inquit queso agere que promittis profecto me cognoscas i hoc loco non mansuram. gloriosus equidem **H**ieronymus tantum mihi hoc iudicium futurum statim monasterium patefecit. hec abbatissa audiens deridere cepit hanc. estimās eaz vesano capite ista fari. **E**t hostiariaz puocans iussit vt hanc protinus de monasterio effugaret. mandans eidem vt aliqua hora sic extra dimissam postmodū faceret introire vt sic ab inceptis operibus tam cessaret. hac de re sanctimonialis domina q; citius potuit de monasterio est egressa. **P**ene limen sanctimonialis illa excefferat subito torum corruit monasterium omnes opprimens virgines moniales. ita q; ex his aliqua viua non remansit. **E**t vti nam alia adhuc monasteria hāc abusione pessimam dimitterent. et omnia simul communia haberent. quia felix quem faciunt aliena pericula cautum. ne simul cum illis eternam damnationem sibi thesaurizarent. **S**ed potius pie viuendo simul vitam eternam possiderent. ad quam nos perducatur etc.

Dominica nona post trinitatis. **S**ermo primus.

Edit popul⁹
meus manducare et bibere et surrexit ludere. **I**ta scribitur originaliter **Exodi. xxxij.** **E**t transumptiue habetur in epistola hodierna que scribitur prima ad **Corinthios. x.** **D**icunt naturales q; arbores que tempore floris sui precinduntur vermescunt et ad edificia que diu stare debent non valebunt. **Q**uod approbat **Theophilus** i breui loquio diuersarum artium dicens. **C**unq; viro ris sui i tempore arbor p̄scisa fuerit vermibus quidem in posterum plena euenit atq; ad hoc pro construendis edificijs non valebit. cuius ratio est. **N**am omnis pinguedo ad corruptionem magis attendit. **S**unt autem eo tempore arbores que florent magis pingues. vnde et **Galerus** refert de his quibus de aluo pinguedo in vermes aut pediculos protinus transmutatur. **M**oraliter per arbores ad presens intellige homines. quia interrogat **Innocentius** d̄ vita humane conditionis. **li. viij.** **Q**uid inquit est homo? **E**t respondet. nisi quedaz arbor euerfa cuius radices sunt crines. cui⁹ trūcus caput cum collo stipes. pectus cum aluo.